



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Epistola III. Honorii Papae II. Ad Gvaremvndvm Hierosolymitanvm
Archiepiscopvm. Eiusdem argumenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

cepimus, & quem canonice electum, & a venerabili fratre nostro Guarimundo Hierosolymitano patriarcha consecratum accepimus, pallii dignitate, plenitudine videlicet pontificalis officii, decorauimus. Quia vero de persona sua maximum fructum matri ecclesiae vestrae Tyri, diuina suffragante misericordia, credimus prouenturum, ipsum cum gratia sedis apostolicæ & nostrarum literarum prosecutione ad vos duximus remittendum. Vniuersitati ergo vestra mandando præcipimus, quatenus eum benigne recipiatis, & tamquam proprio metropolitano, & animarum vestrarum episcopo, subiectionem, obedientiam & reuerentiam humiliter deferatis.

E P I S T O L A III.

HONORII PAPÆ II.

AD GVAREMVNDVM HIEROSOLYMITANVM
ARCHIEPISCOPVM.

Eiusdem argumenti.

*Honorius episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Guarimundo Hierosolymitano patriarchæ salutem
depostolicam benedictionem.*

SVSCPTIS fraternalitatis tuæ literis, fratrem nostrum Vvilemum, quem in ecclesia Tyri consecrasti archiepiscopum, benigne suscepimus, & eum dignitate pallii, plenitudine videlicet pontificalis officii, decorauimus. Suffraganeis etiam ecclesiae suæ præcepimus, quatenus ei tamquam proprio metropolitano subiectionem & obedientiam deferant. Data in territorio Barenſi octauo Idus Iulii.

E P I S T O L A IV.

HONORII PAPÆ II.

AD REGEM DANIÆ.

Ipsi Gregorium legatum suum commendat.

*Honorius seruus seruorum Dei . . . illustri regi Daniæ, salutem
depostolicam benedictionem.*

ECCE iuxta precum tuarum instantiam, & promissio-
nem nostram, misimus ad te dilectum filium nostrum